



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Varia Fidei Testimonia historica in Sæculo II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

V A R I A

Fidei Testimonia historica
in Saeculo II.

ANNO C. Aduersis Ecclesia maior gentilitate sic, vt vix tria in orbe superarent oracula.

ANNO CVIII. Lustrans exercitum Traianus reperta 11000. militum Christianorum mittit in exilium, & enecat. Et vero tantum erat vulgus Christianum, vt in capita solum animaduertetur: ita ductus est S. Ignatius an. 109. Simeon frater Domini, Episcopus Iero solymitanus, ætatis an. 120. crucifigitur. S. Dionysius Gallia Apostolus ætatis anno 110. capite plectitur.

S. Ignatius ex itinere Romam versus diuersis in epistolis commendat Ecclesiam Romanam: Fractionem panis frequentem: Orationem communem: Ordines gradusque Ecclesiasticos: Virginitatem, Viduarumque collegia. Eius RELIQUIÆ semel a ossa religiose relata Antiochiam asseruantur; quas magno redemptas prædicat S. Chryf. tom. 5. serm. de S. Ignat.

ANNO CVIII. Traianus quinque Virgines, in cæteris, Antiochiæ combussit, Cineres æri miscuit lauacro publico parando. In quotquot lauabantur fœtibundi extinguebantur. Itaque æs lauacri transfudit in statuas virginum quas, & has pro lauacro proposuit.

ANNO CXII. Tituli ecclesiarum cœpti, Ordoque Cardinalium siue VII.

Diaconorum, Vide in Eccâristo supra.

ANNO CXIX. Præsidi Palæstinæ conquerente, se cadendis imparem Christianis, mandat Traianus cessari toto Imperio; cæsis à se prius V. Virginitibus; quarum exustarum cineres miscuit æri in lauacrum publicum fuso. Et hoc loti furentes moriebantur. Idcirco refuso ære in statuas quinas, has pro balneo proponit.

Papias Scriptor Ecclesiasticorum, pluris ea facit, quæ seiscitando ex Discipulis Apostolorum intelligit, quam quæ scriptis reperit annotata.

ANNO CXXX. Iustinus philosophus veri Dei cognoscendi cupidus, per singularum sectarum philosophicarum principes obit percunctando; demum propter mare ambulanti senex se offert, docet ipsum, suadetque precibus instet ad Deum: sic Christianus.

ANNO CXXXVII. Hadrianus Imp. in loco Dominicæ Passionis statuam Iouis ponit: in locum Christi nati Adonidem prostituit ac lupanar excitat ad abolendam Christi, fideique memoriam.

ANNO CXL. Tanta Christianismi est propagatio, vt non Imperij, sed orbis totius finibus terminaretur.

ANNO CXLIII. Quia Sibyllarum lectione gentes ad fidem Christianam inducebantur; idcirco Antoninus Imp. eam interdicit edicto sub pœna mortis.

Sed reclamant iusta Apologia Iustinus: qua etiam Gnosticorum infamiam à Christianis deriuat.

Sæ.

Secundam idem offert pro Christianis eidem anno 150. *Ælij Veri* vox erat: *Vxor dignitatis nomen est; non voluptatis.*

ANNO CLXIII. *Lucij Veri* Imp. sponsa *Lucilla* arreptitia voluit à solo *S. Albercio* liberari: Idcirco Imp. assignat Episcopo & Christianis Hieropolitani annuos modios frumenti ter milenos. Quos continuo datos iustulit *Iulianus* Apostata.

ANNO CLXIX. *S. Polycarpus* in flammis illæsus, vt gladio traiectus iacuit, *Iudæi* Præsidem monebant, neu *S. corporis Reliquia* darentur Christiano. *Pij* tamen exustiosa collecta gemmis incluserunt.

ANNO CLXXVI. *M. Aurelius* Imp. in *Marcomannos*, Germanosque duxerat; sed ab his ita conclusus egebatur, vt desperatione & siti, proprijsq; gladijs exercitus iam esset periturus. Ergo Dux Legionis è Christianis.

Melitenis ad desperatum ait Imperatorum: Nihil est, quod Christiani precibus nequeant impetrare. *Marcus* igitur ab Christiana petit legione, vota Deo suo faciant. Vix supplex facta, iam imber, fulminaque ruunt; hostem sternunt, recreatq; Romanos. Mox Imperator gratus senatui Rom. iubet, vt Christiani censeantur *pij*, non accusentur. *Iosi Pluui* tamen erexit statuam; cuius in columnam cælo iectam *Sixtus V.* posuit *D. Pauli* statuam.

ANNO CLXXVIII. Quia vetitum erat Christianos hoc de nomine accusari; confectis in eos criminibus aut hæreticorum affectis damnabantur. Quidam Christum abnegantes adibant supplicia mœstis hilares Christum confel-

si. Corpora Martyrum diu seruabantur milites, ne ab Christianis surriperentur demum aut canibus obijciebantur, aut exusta in Rhodanum abijciebantur. *Atbenagoras* philosophus edita Apologia purgat Christianos ab impietate.

ANNO CLXXXI. *Iudæus* catechumenus iter per æstuans desertum tendens deficit viribus, socijs Christianis canru molestiam temperantibus. De factus adiurat comites vt baptizetur. Aqua destituti, arenâ baptizant eum: qui repente viribus receptis pergit ite. *Dionysius* tamen Corinthiorum Episcopus iubet eum aquâ baptizari.

ANNO CLXXXIII. *Commodus* Imp. se ipsum inter Deos referentem, *Senatus* *Herculem* nominabat; nobis simi qui que fieri maluerunt Christiani. *Lucius* Rex Britannia, missis Romanis Legatis, se, gentemq; suam petijt in fidem recipi Christianam, inaccessibilis, & inuictam.

ANNO LXXXIV. *S. Scriptura* versio prima facta est à *L. X.* Interp. *Aquila* Pontico sub *Hadrano* Imperatore iam tertia ab *Theodotione* reddita, primum *Tatianista*, dein *Marcionista*, postea profelypto *Iudæo. Aquila* Ponticus, quod *Fato* & *Astrologia* plus iudicium tribueret, abstentus extra ecclesiam excludebatur: & idcirco anno 158. ex Christiano factus est *Iudæus*.

ANNO CXCXVII. Christiani in infidelibus conuersi, non murabantur: pallium tamen assumebant periculi: at *monachi*, omnes qui etiam ob vitium studium perfectioris, capitibus raris cedebant, despectum sui despicientis cum mundo.

ANNO CXCHX. Asiaticam de Pa-
schalis die controuersiam require supra
in Victore PP.

ANNO CXCIIX. S. Narcissus Epi-
scopus Ierosol. quod acer in vitia dice-
ret, per calumniam factam exulare ius-

sus, vitam anachoreticam agit, mutat-
que aquam in oleum: Calumniatores
pereunt ita, sicut quisque sibi fuerat im-
precatus, primus foedo morbo, igne al-
ter, tertius coecitate.

ERGO:

1. Dic age; Quæ sincera FIDES hoc constitit Aevo II?
At Sic P A P I S T I S Res stat ROMANA, FIDES QVE:
Non Sic REM seruat Luthero-caluinista, FIDEM QVE.
2. IURE SVO Proprio Papa, atque Ecclesia gaudent:
Quis quid Ei A V G V S T V S proprio de iure remisit?
3. ANTI NE CHRISTVS erat quisquam hoc ROMANVS in Aevo?

f SAE-